


vant, suivant ces paroles de l'Apôtre: *Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus; et si quid aliter sapitis, et hoc nobis Deus revelabit.* Persévérons dans l'unité à laquelle nous sommes arrivés, car l'Apôtre demande que nous restions d'accord sur les dogmes qui nous ont été révélés jusqu'ici; quant aux autres, restons libres.

Da resto, tout ce que je viens de dire, je le sou mets à votre jugement et à votre censure, etc.

ALPHONSE SALMERON.



INDEX

NOTA. Quibus thesibus apponitur signum (*), iis quaedam ex Notis respondet, quas subiecimus in fine.

PRAEFATIO pag. 5

PARS I.

DE CREATIONE

CAPUT I.

DE CREATIONE GENERATIM

ARTICULUS I.

De ipsa rerum omnium ex nihilo productione

§. I. De causa efficiente creationis.

THESIS I. *Ad notiones catholicas spectat conceptus creationis, quae est productio rei ex nihilo eorum omnium quae ad eiusdem rei constitutionem spectant* » 7

THESIS II. *Tum argumentis collectis ex iis quae Scripturae diserte docent, tum ex diserta testificatione Scripturarum productio omnium rerum ex nihilo evidenter demonstratur* » 46

THESIS III. (*) *Doctrinam productionis omnium rerum ex nihilo Patres tum theticae tum polemicae contra philosophos et haereticos proposuerunt eamque propriis argumentis confirmarunt ac opportunis adhibitis explicationibus illustrarunt. Dogma porro creationis veritas est necessario credenda* » 44

THESIS IV. (*) *Doctrina creationis nedum divino testimonio sed et demonstrationibus quoque e rationis naturali lumine petitis certissime comprobatur* » 58

THESIS V. *Actus creaticus est actus formaliter quidem immanens, virtualiter vero transiens: atque hic actus immanens est actus voluntatis, praesupposito actu scientiae: est autem actus voluntatis prorsus liber* » 61

Palmieri, De Deo Creatante et Eleante
10

- THESIS VI. *Deus unus creavit; isque unus creare potest.* . . . » 70
- THESIS VII. *Creator est Deus Pater, Filius et Spiritus S. qui creant prout sunt unum, illa nempe una scientia quae dirigit et voluntas quae est efficax ad extra. Processiones proinde personarum necessariae non sunt, ut Deus creet, nisi quatenus necesse est ut Deus sit illa scientia et voluntas, quae per se exigunt processiones duas immanentes, et proinde tres personas . . .* » 78
- THESIS VIII. *In creaturis omnibus invenitur representatio Trinitatis per modum vestigi; in creaturis autem rationalibus etiam per modum imaginis, quatenus in creaturis plus minus perfecte representantur ea attributa per quae processiones personarum habent locum in Deo.* » 83

§. 2. De Causa exemplari

- THESIS IX. *Creatio rerum postulat veluti normam sui exemplar earumdem in ipso Deo existens. Huiusmodi vero exemplar ipsa est divina cognitio distincta omnium possibilitatum determinata a divina essentia, quatenus ea cognitio obiectum esse potest cognitionis reflexivae . . .* » 89

§. 3. De Causa finali

- THESIS X. *Nulla quidem est causa finalis divinae voluntatis, at est effectum eius, eaque est divina bonitas, quae dici etiam potest ratio cur Deus velit creaturas. Ipsa est finis cui ultimus operum divinorum: finis autem qui creationis est externa divinae bonitatis cognitio, amor et laus, sive gloria extrinseca, in qua bonum supremum creaturae intelligentis consistit, quae est finis cui obnoxius operum divinorum.* . . . » 95
- THESIS XI. *Nullum est quidem proprie dictum motivum formale divinae voluntatis; si autem quaestio sit de formali ratione, sub qua Deus creaturas intelligentes diligit, respondendum est, universim creaturas quascumque non esse amabiles Deo nisi sub respectu ad suam infinitam bonitatem: atque adeo rationem formalem, propter quam creaturae quoque intelligentes amantur, esse divinam bonitatem dilectam. Id tamen non imedit quominus in Deo vere sit, excellentiore quidem modo, et ut ipsius decet, amor benevolentiae et amicitiae erga creaturas intelligentes.* . . . » 106

§. 4. De Perfectione rerum creaturarum

- THESIS XII. *Si obiecti quod manifestatur, h. e. divinae bonitatis, ratio habeatur, manifestatio, quam per mundum Deus obtinet, dici debet optima: si autem spectentur ea, quibus haec manifestatio obtinetur, dici rursus optima absolute potest, quatenus omnia rerum genera tum in ordine physico tum morali, per quae divina excellentia manifestari potest, continent mundus; at dici nequit simpliciter optima quatenus in his generibus gradus perfectionis, quo divina bonitas manifestatur, sit summus qui esset potest: dici rursus optima relative potest haec manifestatio, quatenus perfectissime ab omnibus simul rebus obtinetur gradus ille divinae gloriae, quem Deus sapienter et libere suis operibus praestitit et quatenus etiam ordo totius creationis melior et perfectior est, quam nos cogitando assequi valeamus. Negari vero debet Deum vel necessitate morali obligatum fuisse ad hunc determinatum gradum gloriae sibi praestituendum, et idcirco ad mundum qualis reapse est creandum . . .* » 118
- THESIS XIII. (*) *Ad factum quod spectat, veritas est revelata mundum non semper fuisse, sed in tempore, sive potius cum tempore incepisse. Ad quaestionem vero quod spectat possibilitatis, tenendum pariter est mundi sive cuiuscumque entis contingentis existentiam ab aeterno intrinsece repugnare . . .* » 126

ARTICULUS II.

De Mundi officio

- THESIS XIV. *Divina revelatio non tantum factum creationis, sed modum quoque et ordinem exhibet, quo factus est mundus. Cuius quidem modi et ordinis expositio progressus facere ex amplificata notitia rerum naturalium potest, dummodo Verbum Dei locum normae saltem negativae semper obtineat . . .* » 133
- THESIS XV. (*) *Duplex distinguenda est divina operatio, altera, cuius terminus est substantia materialis ex nihilo producta; altera, cuius terminus sunt naturae ex eadem substantia formatae. Terminus itaque prior est materia adhuc informis, eiusque informitas tempore praecessit formationem . . .* » 135

THESIS XVI. *Etsi formationis opus successive per sex dies peractum esse dicatur, nulla est tamen necessitas ut dies genesiacus accipiatur pro eo spatio temporis quod modo vulgaribus diebus continetur; imo probabile est longius spatium temporis per eum designari. Ratio vero in promptu fuit cur illud spatium temporis diei nomine appellaretur* » 146

CAPUT II.

DE CREATIONE SPECIATIM H. E. DE PRAEIPUIS CREATURIS

ARTICULUS I.

De Angelis in ordine naturali

- THESIS XVII. *Conceptus satis clarus, etsi nondum plane distinctus, Angelorum eo redit ut sint naturae intelligentes homine praestantiores, quibus Deus utitur in administratione rerum humanarum. Has porro naturas existere Verbo Dei certissime probatur* » 150
- THESIS XVIII. (*) *Angelos esse spiritus puros h. e. spiritus, qui sint per se ipsi naturae completae, veritas est quae ex Scriptura et universa Traditione rite inspecta potest cum certitudine colligi* » 153
- THESIS XIX. *Angelici spiritus possunt esse definitae in loco, h. e. in aliqua parte extensa spatii; necesse est autem ut sint alicubi. Praesentia Angelorum in loco non constituitur formaliter per operationem, sed est modus relativus indistinctus realiter substantiae illius quae dicitur praesens. Moveri quoque possunt Angeli motu locali, qui est transitus ab uno termino spatii ad alium per medium* » 178
- THESIS XX. *Facultas intellectiva angelica, quae potior est humana, nequit attingere cogitationes cordium et futura libera* » 187
- THESIS XXI. *Certum est posse naturaliter Angelos alterum ad alterum loqui* » 197
- THESIS XXII. *Essistentia Angelorum creationi debetur: probabilissimum est autem eos cum natura materiali simul fuisse creatos* » 198
- THESIS XXIII. *Ingens est Angelorum multitudo; nulla est autem ratio qua cogamur asserere specie eos differre, multoque minus tot esse in eis species quot individua; etsi*

plures in eis diversos perfectionis gradus existere probabile sit » 203

THESIS XXIV. *Certa doctrina est multitudinem Angelorum in ordines diversos esse distributam* » 206

ARTICULUS II.

De Homine

- THESIS XXV. (*) *Nobilissimum creationis opus inter visibilia est homo. Certum est autem ipsum non incepisse existere veluti terminum cuiusdam evolutionis organicae aut animalis, sed immediate in sua specie conditum fuisse a Deo* » 214
- THESIS XXVI. (*) *Doctrina est revelata naturam humanam absolvi synthesi duplicis elementi, corporis scilicet et animae rationalis: quae synthesis substantialis est. Quare reiicienda est trichotomia veterum et recentiorum: iique etiam reiiciendi qui non quantum satis est duas substantias partiales in homine distinguunt* » 223
- THESIS XXVII. *Divina revelatione docemur ita ab uno parente, qui fuit ab uno Deo, universos existere homines, ut tam origine quam specifica naturae unitate omnes revoceantur ad eandem familiam, eandemque humanitatem* » 216
- THESIS XXVIII. (*) *Animae humanae non praexistenterunt ab initio una omnes productae; neque per traducem propagantur, creantur vero singulae cum per generationem existunt corpora, quae idonea sint exercere cum iisdem opera vitae* » 253
- THESIS XXIX. *Anima humana est natura sua immortalis. Cum vero Patres gratulam asserunt eiusdem immortalitatem, vel dependentiam eius adstruunt a Creatore divinae conservationis necessitatem, vel de supernaturali aeterna beatitudine disserunt* » 262

PARS II.

DE ORDINE SUPERNATURALI

CAPUT I.

NOTIO ORDINIS SUPERNATURALIS

THESIS XXX. *Ex historia dogmatum constat Patres et Theologos ipsamque Apostolicam Sedem per dogmatica*

- decreta distinxisse bona, quae hominibus a Deo collata creduntur, tum in ea bona, quae naturalia sunt ac debita, tum in ea, quae supernaturalia, indebita, gratuita appellantur » 272
- THESIS XXXI. Seposita significatione vocis naturale prout significat sive id quod originem aut natiuitatem comitatur sive id quod naturae conueniens est: naturale sensu pressiore dici solet tum id quod essentiam rei constituit, tum magis proprie id quod ad essentiam sive naturam rei necessario consequitur, atque id quod a natura exigitur ne ipsa eiusque vires frustra sint: quodque continetur ordine earum rerum quae a natura, ne frustra sit, exiguntur, atque id proinde ad quod est potestas actiua in natura, et quod idcirco aliqua natura ab alia pati potest. Quapropter supernaturale proprie illud est, quod perfectio quidem est, at tamen nec essentiam aut naturam rei, cui inest, constituit, neque ex essentia aut natura eiusdem necessario consequitur, neque ab ea exigitur ne ipsa eiusque vires frustra sint, neque ordine earum rerum continetur, quae a natura, ne frustra sit, exiguntur: neque proinde est in potentia actiua naturae, neque in passiva alicuius naturae comparata cum aliis viribus creatis. » 279
- THESIS XXXII. Haec omnia vero comprehenduntur hac formula, qua naturale dicitur esse quod est debitum naturae, supernaturale quod est indebitum naturae, ideoque gratuitum. Quamuis autem naturalia certo quodam sensu indebita et gratuita dici possint, proprie tamen bona supernaturalia dici debent indebita et gratuita naturae. » 286
- THESIS XXXIII. Habita ratione excessus supra naturam, supernaturale bonum distingui potest in id quod dicitur supernaturale simpliciter et in id quod proprio nomine praeternaturale vocatur » 287
- THESIS XXXIV. Reicienda est sententia, quae ex Baii doctrina colligitur, nimirum ea esse non supernaturalia, sed naturalia censenda, quae natiuitatem seu originem comitantur; atque indignitatem positivam naturae postulari ut dona quaedam, cuiusmodi est gratia sanctificans et visio intuitiua Dei, sint creaturae intelligenti supernaturalia » 290
- THESIS XXXV. Falsam pariter sententiam defendit Iansenius, cum docet illud esse bonum supernaturale, quod meritis operum non debetur, etsi naturae ipsi debeatur. » 299

- THESIS XXXVI. Possibilis est ordo honorum simpliciter supernaturalium, quibus formaliter natura rationalis supra ordinem sibi debitum eleuetur » 303
- THESIS XXXVII. Diuina adoptio per quam homines filii Dei nominantur et sunt, per quam proinde potestas et ius confertur eis ad hereditatem regni caelestis, quod in immediata visione et fruitione Dei consistit, quaeque eisdem regni assecutione in iis, qui fideles et iusti fuerint, tandem cumulat et absoluitur, est donum simpliciter supernaturale » 309
- THESIS XXXVIII. Non satis cohaerent sibi, qui visionem beatificam donum quidem supernaturale censent, at simul contendunt debuisse Deum ex decencia creatoris, vel etiam ex lege iustae providentiae aut ex ordinata potentia innocenter hominem ad visionem beatificam tanquam supremum finem ordinare » 321
- THESIS XXXIX. Nedum naturae rationali, sed et cuius naturae intelligenti sive existenti sive possibili supernaturalis dicenda est filiatio adoptiua Dei, et visio beatifica. Quare repugnat substantia creata intrinsece supernaturalis » 325
- THESIS XL. Distincto appetitu innato ab elicitu, atque appetitu innato accepto non pro sola passiva capacitate boni naturae conuenientis sed pro exigentia eiusdem boni, sive pro ordine essentiali ad illud; negandum est inesse naturae appetitum innatum ad bona supernaturalia. Perperam vero, ut hunc appetitum tueantur, provocant quidam ad communem quemdam consensum veterum Scholasticorum. Appetitus vero elicitus viribus naturae naturaeque conueniens, etsi in bonum supernaturale feratur, nequit tamen ex eo inferri id deberi naturae quod per ipsum appetitur » 328
- THESIS XLI. Non est ergo in natura nisi potentia obedientialis ad visionem Dei, ceteraque dona supernaturalia; quae potentia obedientialis per se ipsam passiva, communis est facultati naturali tum passivae tum activae, quaeque a potentia naturali proprie distinguenda est; quamvis certa quadam ratione non immerito a quibusdam eadem vocata sit potentia naturalis » 340
- THESIS XLII. Praepostere Baiani et Ianseniani provocant ad Scripturas et Patres ac nominatim ad s. Augustinum, atque ad ipsas rerum naturas, ut evincant na-

- turae rationali innocenti debitam esse gratiam sanctificantiem » 344
- THESIS XLIII. Errant rursus idem cum ex Augustino et ex ratione probare nituntur humanae naturae per se spectatae fieri non posse satis per eam beatitudinem quae dici solet naturalis » 356
- THESIS XLIV. Concupiscentia non est ipse appetitus, sed modus quidam appetitus. Ea habitualis est et actualis: actualis posita est in actibus indeliberatis. Ipsa dici potest malum hominis tum quia est per se ipsam imperfectio quaedam si comparetur cum natura rationali subiecti illius cui inest, atque praeterea ad malum morale idem subiectum inclinatur; tum quia est privatio illius boni, quod ex vicina institutione deberet esse in natura. Nihilominus immunitas ab ea non est per se debita humanae naturae; cui proinde si confertur, donum est gratuitum, illudque praeternaturale » 366
- THESIS XLV. Habitus infusus scientiarum, et nominatim scientiae iuris naturalis, non est debitus humanae naturae sed praeternaturalis » 384
- THESIS XLVI. Immortalitas tandem, et immunitas a ceteris malis physicis sunt indebitae humanae naturae, donumque praeternaturale » 388
- THESIS XLVII. (*) Ex hactenus demonstratis sponte consequitur statum purae naturae possibilem esse » 404

CAPUT II.

DE ELEVATIONE ORIGINALI INTELLIGENTIS NATURAE AD ORDINEM SUPERNATURALEM

ARTICULUS I.

De elevatione naturae humanae

- THESIS XLVIII. Testimonio Scripturarum et ecclesiasticae Traditionis certissime constat primum hominem auctum fuisse dono gratiae sanctificantis, seu divinae adoptionis. » 406
- THESIS XLIX. Inter dona protoparentibus in ipsa creatione collata accenseri debet immunitas a concupiscentia tum habituali tum actuali, sive integritas naturae, eademque ab initio collata. » 416
- THESIS L. Et si nulla Ecclesiae definitione constitutum sit

- protoparentes in ipsa creatione sanctificantem gratiam a Deo accepisse, atque plures ex antiquis Scholasticis in negantem partem potius concesserint; tenendum tamen est Deum ad protoparentes quod attinet, uno eodemque tempore fuisse et naturae conditorem et gratiae largitorem. » 422
- THESIS LI. Tenendum est protoparentes et speciatim Adamum instructos quoque fuisse scientia infusa, quae characteri proprio utriusque apte responderet. » 423
- THESIS LII. Praeter haec, dono quoque immortalitatis aucti sunt protoparentes, quo a necessitate moriendi immunes mortui nunquam fuissent, si statutam divinitus conditionem sancte implerent » 426
- THESIS LIII. Haec omnia cumulavit Deus singulari felicitate, qua protoparentes impassibiles fuerint, liberi nempe ab aerumnis et doloribus omnibus. » 430
- THESIS LIV. Quamvis immunitas triplex a concupiscentia, a morte, ab aerumnis, non sit ex natura sua necessario nexa cum gratia sanctificante, neque haec cum illa; tamen ex institutione Creatoris ita gratia sanctificans in creatione collata et ea triplex immunitas vinciebantur, ut haec triplex immunitas a gratia sanctificante penderet, atque cum ea cohaereret. » 431
- THESIS LV. Collatis iis quae de supernaturali et praeternaturali praestitutum in superioribus Thesisibus, manifestum est per haec dona primum hominem ad ordinem supernaturalem evectum fuisse, quod quidem rursus praecleara quadam doctrina Patrum confirmatur. » 432
- THESIS LVI. Haec autem dona non fuisse primo homini naturalia ideo quoque contra Lutherum et Baium evincitur, quod ab universa natura amissa sint. » 435
- THESIS LVII. Status iste, in quo Adamus conditus fuit, merito appellatur status iustitiae originalis. » 436

ARTICULUS II.

De elevatione angelicae naturae ad statum supernaturalem lapsuque angelorum malorum

- THESIS LVIII. Quod de humana natura affirmavimus, id de Angelica quoque natura ex divina revelatione tenendum est, evectam nempe fuisse ad ordinem supernaturalem adoptivae filiationis et destinationis ad aeternam beatitatem. » 439

- THESES LIX. Certum est plures ex Angelicis spiritibus peccasse, nulloque iis facto reparationis et poenitentiae loco, e supernaturali statu, in quo divinitus constituti fuerant, irreparabiliter excidisse. » 444
- THESES LX. Quamvis evidentibus argumentis dirimi quaestiones quaedam non possint, quae ad statum viae speciemque peccati Angelorum spectant; nihilominus haec cum schola nobis tenenda videntur: cum instantia durationis Angelicae per successivos actus distinguantur, altero instanti ab eorum creatione statum viae Angelorum fuisse absolutum: peccatum Angelorum fuisse formaliter superbiam. Certum est autem principem aliquem inter eos exstitisse. » 446
- THESES LXI. Ad Angelos bonos quod spectat, constat eos miti in ministerium, eaque missione quae proprie est creaturae intelligentis. Licet autem sua probabilitate non careat sententia negans spectare ad omnes Angelos destinationem ad hoc ut pro opportunitate militantur, probabiliorem tamen censemus sententiam oppositam, quae ab hac destinatione neminem Angelorum excludit. » 453
- THESES LXII. Deus frequenter utitur opera Angelorum in rerum humanarum administratione; nominatim autem regnis, provinciis et Ecclesiis sui Angeli praesunt, atque ad particularium hominum custodiam Angeli deputantur ita ut nemo sit Angelorum ope destitutus. Errant porro qui doctrinam Ecclesiae de Angelorum custodia e veterum philosophorum fontibus derivant. » 461
- THESES LXIII. Ad Angelos malos quod attinet, constat Satanam eiusque angelos inimicos esse humanae naturae, hominesque ad malum sollicitare, eosdemque malis quoque physicis affligere: et speciatim constat daemones vere exstitisse » 471
- THESES LXIV. Testantur Scripturae honores divinos occupari Satanam, idemque docent Patres, quorum haec est certa persuasio, idololatriam perversionem humani generis opus esse Satanae, qui numina iniecit, cuius operatio se immiscuit in omnium gentilium sacris, qui oracula edebat, portenta, mira operabatur, ut homines deciperet sibi que cultum divinitatis arrogaret. » 479

CAPUT III.

DE LAPSU ORIGINALI HUMANAE NATURAE

ARTICULUS I.

De existentia peccati originalis

- THESES LXV. Protoparentibus lex a Deo lata est, quam ipsi, Satana instigante (cuius tentationis narrationem Gen. III. factum exhibere non mythum heic sumimus) violantes, gravi peccato se obstrinxerunt. » 490
- Lemma historica » 492
- THESES LXVI. Ad lectionem Paulini textus Rom. V, 12. 13. quod attinet, docemus 1) utranque lectionem, peccatum non imputabatur, cum lex non esset, et peccatum non imputatur non existente lege, in idem tandem redire: 2) retinendam esse tanquam unice veram lectionem negantem: in eos qui non peccaverunt: 3) nulla nota temeritatis dignam esse, sed imo valde probabilem esse interpretationem eam, qua verba in quo sensu causali accipiuntur. » 495
- THESES LXVII. Verbis Apostoli ad Rom. V, 12. seqq. doctrina catholica continetur propagationis in universum humanum genus peccati primi parentis, quod inest unicuique proprium, veramque peccati rationem habet. » 509
- Brevis animadversio in alia testimonia Scripturarum. » 526
- THESES LXVIII. Perperam Pelagiani ad testimonia Scripturae Deut. XXIV, 16. et Ezech. XVIII, 2-20: provocabant, ut ostenderent peccatum primi parentis posteris suis non imputari. » 529
- THESES LXIX. Propagationem peccati originalis probat baptismus infantibus quoque necessarius in remissionem peccatorum. » 531
- THESES LXX. Eadem veritas propagati peccati originalis ita constanti Maiorum traditione continetur, ut frustra omnino sint, qui Patres aut Scriptores graecos Chrysostomum, Theodoretum, Cyrillum Hierosolymitanum, Clementem Alexandrinum, Origenem, Nyssenum, Latinos Tertullianum, Optatum, Arnobium iuniorum, Ambrosiastrum in ea sententia fuisse putant quam Pelagius Caelestiusque defenderunt. » 536

ARTICULUS II.

De essentia peccati originalis

- THES'S LXXI. Peccatum autem originale, non nisi absurdissime dicitur situm in forma quadam substantiali mala, qua fiat ut peccatum non tam in animo existat, sed ipse sit animus substantiæ corruptus et vitiatus . . . » 550
- THES'S LXXII. A norma quoque doctrinae revelatae protestantes discedunt, qui concupiscentiam ipsum esse peccatum originale contendunt . . . » 551
- THES'S LXXIII. Cum ergo certum sit ex praevaricatione primi parentis esse in eodem genitis id quod veram et propriam peccati rationem habet: si quaestio fiat in quo sita sit essentia peccati originalis, reponimus cum communi sententia theologorum, peccatum originale esse in singulari privationem iustitiæ originalis, quae voluntaria est voluntate capitis naturae, cuius praevaricatio omnibus imputatur. Idcirco peccatum originale non est peccatum personae sed naturae. Falsa proinde est et haeretica doctrina Baii, quod nempe peccatum originale veram habeat rationem peccati sine ulla relatione ad voluntatem Adami, et quod idem peccatum sit habituali parvuli voluntate voluntarium. Frustra autem sunt qui peccatum expressum a Deo initum cum Adamo, aut inclusionem nostrarum voluntatum in voluntate Adami comminiscuntur, ut rationem reddant cur peccatum primi parentis omnibus imputetur . . . » 561
- THES'S LXXIV. Quod autem homines, qui ex peccante et damnato capite naturaliter propagantur, peccatores nascantur et damnati, id cum divina iustitia nulla ratione pugnat . . . » 586
- THES'S LXXV. Concupiscentiae habituali non inest proprie materialis ratio peccati originalis. Affirmare tamen licet concupiscentiam analogice se habere tanquam materiale in peccato originali, denominatione hac ex eo ipsi facta quod, cum sit pars illius inordinationis naturae quam peccatum Adami induxit, est reapse ea inordinatio subiecti moralem ordinem attingens, quae a peccato naturae pendet, et qua, extrinsecus quidem, peccatum naturae completur . . . » 587

ARTICULUS III.

De modo propagationis peccati originalis

- THES'S LXXVI. Peccatum originale, quod unum est specie, multiplicatum numero in singulis, propagatur per eum actum quo natura naturaliter propagatur, nempe per generationem quae in potestate naturae est, quae fit nimirum per sexuum commixtionem. Cuius generationis terminus sicut fuisset in instituto statu elevationis naturae sanctae, sic est post lapsum natura sanctitate destituta. Per generationem vero non nisi peccatum primi hominis propagatur. Ex his porro consequitur quod anima rationalis, etsi recens creata, contrahit peccatum, quod propagatur etiam in filios baptizatorum . . . » 592
- THESIS LXXVII. Concupiscentia vero, prout est sive in actu generationis sive in ipso genito, signum est certe propagati peccati, modusque illius generationis, qua peccatum propagatur. Non vero ipsa formaliter spectata necessarium medium proprie dici potest aut necessaria conditio propagationis peccati; conditio vero est quatenus concupiscentia materialiter sumitur pro ipsa generatione naturae peccatricis. Quocirca prout concupiscentia significat frequenter ipsum actum generationis per commixtionem mavis et feminae, quae est naturalis ratio propagandae naturae, dicenda est concupiscentia conditio propagationis peccati, eo modo quo est ipsa naturalis generatio . . . » 600

ARTICULUS IV.

De poenis peccati originalis

- THES'S LXXVIII. Amissio donorum praeternaturalium poenae rationem habet. Privatio autem gratiae, quae posteris Adami inest, non est poena ipsis nisi prout dicit aversionem Dei ab homine: poena autem Adami dici potest, cuius omnes posteris aliquid sunt. Porro per amissionem donorum supernaturalium et praeternaturalium homo secundum animam et corpus in deterius est commutatus, ita tamen ut naturalia eius integra manserint . . . » 606
- THES'S LXXIX. Errant qui speciem quandam temperati traditionalismi propagare volentes subsidium ei quaerant ex doctrina de humanae naturae depravatione per peccatum,

- ac si propter istud amissae fuerint vires cognoscitivae veritatum ordinis pure intellectuales et morales, vel saltem licet radicaliter manentes hae vires ligatae sint ita ob vitium naturae, ut nequeant prodire ad actum . . . » 609
- THESIS LXXX. Doctrina quae asserit per peccatum primi hominis amissam esse in natura humana libertatem indifferentiae, solamque reliquam esse libertatem a coactione, atque hanc sufficere ad merendum et demerendum in statu naturae lapsae, falso prorsus a Iansenio tribuitur Augustino aliisque Patribus et doctoribus Scholasticis . . . » 615
- THESIS LXXXI. (*) Poena debita in altera vita peccato originali est quidem privatio beatitudinis supernaturalis, non vero poena ignis . . . » 619

CAPUT IV.

DE IMMACULATO CONCEPTU SANCTISSIMAE DEIPARAE

- THESIS LXXXII. Contra veritatem Immaculati Conceptus purissimae Virginis Mariae nullum argumentum peti potest ex dogmate universalis propagationis peccati originalis . . . » 667
- THESIS LXXXIII. Neque argumentum peti potest ex eo quod non infrequenter a Patribus affirmetur solum Christum, ob specialem praerogativam suae conceptionis, immunem fuisse ab omni sordide peccati . . . » 669
- THESIS LXXXIV. Neque praevindictum peti potest vel ex sera institutione festi conceptionis, quod quidem non est omni ex parte verum; vel ex controversia quae quoad hanc Virginis praerogativam viguit non paucis seculis in Ecclesia latina . . . » 671
- THESIS LXXXV. Ex pluribus doctrinae capitibus quae in traditione catholica explicitè continentur, quaeque ad singulares Deiparae praerogativas referuntur, illud quoque tanquam in ipsis necessario implicitum evidenter deducitur, eiusdem nempe conceptum fuisse immaculatum. » 683
- THESIS LXXXVI. Explicite quoque affirmatio immaculati Conceptus Deiparae in universa catholica Traditione continetur . . . » 700

- THESIS LXXXVII. Ratione habitae legum catholicae interpretationis tum intrinsecarum tum praesertim extrinsecarum, tenendum esse censemus quod mulier et semen eius, de quibus Gen. III, 15, sint beatissima Deipara eiusque Filius. Quo quidem posito suadetur saltem vehementissime quod iis verbis Domini immaculatus quoque Conceptus Virginis fuerit praenuntiatus . . . » 723
- THESIS LXXXVIII. Haud aegre quoque efficitur in salutatione angelica affirmationem immaculati conceptus Deiparae implicitè contineri, si ea cum verbis Genesis modo enarratis, vel cum universa revelatione cuius testes sunt Patres, comparetur . . . » 739
- THESIS LXXXIX. Cum b. Virgo intuitu meritorum Christi Redemptoris praeservata fuerit a peccato originali, affirmari non potest ipsam immunem prorsus fuisse a debito proximo contrahendi peccati; quamvis hoc debitum in ipsa actu non formaliter, sed tantum radicaliter fuisse dicendum sit. Huiusmodi autem debito asserto, nihil decoris accedit beatissimae Deiparae . . . » 743
- THESIS XC. Collatum quoque fuit b. Virgini donum perpetuae immunitatis a quovis levissimo motu concupiscentiae; atque probabilissimum est nedum ab incarnatione Verbi, sed ab ipsa sui conceptione familem ipsum fuisse ab ea sublatum, sive auctam eam fuisse ab origine dono integritatis originis . . . » 747
- Notae quaedam addendae . . . » 755
- Animadversio in recentem librum De mente Concilii Vienneis etc. . . . » 769
- Protestatio auctoris . . . » 779
- Epistola Alphonsi Salmeronis . . . » 784

ERRATA

CORRIGE.

Pag. 5	linea. 9.	tractationibus	tractationibus
" 16	" 14.-15.	docent, ex	docent, tum ex
" 19	" 15.	N ^o 77	N ^o 77
" 177	" 36.	ex quo	ex qua
" 246	" 24.	splendius	splendidus
" 259	" 34.	Eucherius	PseudoEucherius
" "	" 35.	e. III	e. II v. 22.
" 323	" 10.	explicent intendant	explicent et intendant
" 480	" 14.	evertere	avertere
" 673	" 28.	illum	illud
" 688	" 2.	... par	... par

IMPRIMATUR

P. Fr. Vincentius M. Gatti O. P. S. P. A. Magister.
Iulius Lenti Vicesgerens.

